

FRANCISCVS PP.

ad perpetuam rei memoriam.

De spiritali progressionem omnium fidelium valde solliciti, studiosam operam damus
& Mariali cultui diffundendo et sacris in toto orbe aedibus cum nomine sanctae Dei
Genetricis honorandis. Libenti ergo animo, postulante Venerabili Fratere Gerardo
& Antonazzo, Episcopo Sorano-Casinensi- & Antiscurvi, & Apostolica
& Nostra auctoritate in forma Brevis & Apostolici confirmamus id quod Congregatio
de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum hoc ipso die concedit, nempe quod, vi-
gore facultatum pecuniarum sibi a Nobis Ispis tributarum, ecclesiam sanctuarii Deo
dicatam in honorem Beatae Mariae Virginis de Canneto, prope oppidum Septem-
fratres, intra fines supradictae dioecesis, titulo ac dignitate **Basilicae Minoris**
ornat, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, templis hoc nomine insignibus rite conso-
nis, secundum Decretum de titulo Basilicae Minoris, die IX mensis Novem-
bris anno MCMLXXXIX datum. Volumus denique ut hoc Nostrae benevolentiae si-
gnum valde christiano itinere proficiat fidelium hac in sacra aede orantium et sibi su-
isque, Beata Maria Virgine intercedente, divina dona implorantium. Datum Romae,
apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVII mensis Junii, anno MMXV, Pontifica-
tus Nostri tertio.

Petrus Card. Faust-
Secretarius Status

